

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Senectus s
cum fonte primo

Non omnium seniorum quorum capita
canicies tegit, quosque uite longeuitas
sola commendat, nobis
sunt uestigia sectanda seu traditiones
ac monita, sed eorum quos
laudabiliter uitam suam ac probatissime
comperimus in iuuentute signasse, nec
presumptionibus propriis sed maiorum
traditionibus institutos.

Idem ibidem (Iohannes in collatione
abbatis Moysi secunda).

et idcirco

non omnium seniorum, quorum capita
canicies tegit quosque uitae longaeuitas
sola commendat, nobis
sunt sectanda uestigia seu traditiones
ac monita suscipienda, sed eorum, quos
laudabiliter uitam suam ac probatissime
conperimus in iuuentute signasse nec
praesumptionibus propriis, sed maiorum
traditionibus institutos.

Iohannes Cassianus, *Conlationes XXIII.*,
2, 13, 2 (CSEL 13, M. Petschenig ed.,
p.53, ll.6-11).